



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica**

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Aatholicis ad  
informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

**Coloniæ, 1654**

S. Claudius Ab. S. Paulus Epis S. Robertus Ab. 14. Iun.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44916**



S. Claudius Ab. S. Paulus Epis S. R. o  
bertus Ab. 14 Jun.



*Fuga Tepiditatis*

Si non dormiret in te Jesus, tempesta-  
tes non patereris. *August.*

Deus tuorum gloria sacerdotum,  
Præsta quæsumus, ut S. Claudij (S. Pau-  
li: S. Roberti) cuius Festa gerimus. sen-  
tiamus auxilium, per D. N. Iesum  
Christum &c.

Oratio pro Clero, &c.



1. S. Claudius Vesontinus Archi-  
Epis. etsi ita viveret ut indies Domini-  
ca excepta jeiunaret, Episcopatum ta-  
men deposuit, onus Angelicis humeris  
formidandum. In monasterio miseri-  
cordiæ operibus, diuini cultus orna-  
mentis ac SS. reliquiarum honori assi-  
due intentus demum circa A. 701. in  
cælum migravit.

2. S. Paulus Constantinopolis Epis.  
sæpe ob fidem Catholicam ab Arianis  
pulsus, à S. Iulio Rom. P. restitutus de-  
mum à Constantio Imp. Ariano Cucu-  
sam Cappodociæ relegatus, ibidem  
Arianorum insidiis crudelissime est  
strangulatus. Corpus eius sub Theo-  
dosio Imp. Catholico honorificentis-  
sime fuit relatum.

3. S. Robertus Ab. Cisterciensium  
certum cibum cū appetisset, accepit-  
setque veritus ne sensualitati suffraga-  
retur cum ad fores pauperi misit.